

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

**Büsching, Anton Friedrich**

**Berolini, 1767**

**VD18 1347295X**

**De Deo.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



## *De Deo.*

**S**i essent, qui sub terra semper habitauissent, bonis domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus in omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent vñquam supra terram: accepissent autem fama et auditione, esse Deum: deinde aliquo tempore, patefactis terrae faucibus, ex illis abditis sedibus eudere in haec loca, quae nos incolimus, atque exire potuissent, cum repente terram, & mariā, coelumque vidissent, nubium magnitudinem, ventorumque vim cognouissent, adspexissentque solem, eiusque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficaciam cognosserent, quod is diem efficeret, toto coelo luce diffusa: cum autem terram nox opacasset, tum coelum totum cernerent astris distinctum, et ornatum, lunaeque luminum varietatem tum crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus et occasus, ratosque atque immutabiles cursus: haec cum viderent, profecto et esse *Deum*, et haec tanta opera *Dei* esse, arbitrarentur.

Nos tenebras cogitemus tantas, quantae quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret: cum autem

tertio

tertio die sol illuxisset, tum ut reuixisse sibi vidarentur. Quod si hoc idem ex aeternis tenebris continget, ut subito lucem adspiceremus: quaenam species coeli videretur? Sed assiduitate quotidiana, et consuetudine oculorum, assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident: perinde quasi nouitas nos magis, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare.

Quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tam certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit, neget in his yllam inesse rationem, ea que casu fieri dicat, quae quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? An cum machinatione quadam moueri aliquid videmus, non dubitamus, quin illa opera sint rationis; cum autem impetum coeli admirabili cum celeritate moueri, vertique videamus, constantissime confidentem vicissitudines anniuersarias, cum summa salute et conseruatione rerum omnium: dubitamus, quin ea non solum ratione siant, sed etiam excellenti quadam diuinaque ratione?

Pergamus porro, remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum earum, quas diuina prouidentia dicimus constitutas. Ac principio terra universa cernatur, solida et globosa, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus, quorum omnium incredibilis multitudo, insatiabili varietate distinguitur. Adde hoc fontium gelidas peren-

CITTA

perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, faxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum: adde etiam reconditas auri, argentique venas, infinitamque vim marmoris. Quae vero et quam varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum? qui voluerum lapsus, atque cantus? qui pecudum pastus? quae vita siluestrium? Quid iam de hominum genere dicam? qui cultores terrae constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum effterari, nec stirpium asperitate vastari: quorumque operibus agri, insulae, litoraque collucent, distincta tectis et urbibus. Quae si ut animis, sic oculis videre possemus, nemo cunctam intuens terram, de diuina ratione dubitaret.

At vero quanta maris est pulchritudo? quae species vniuersi? quae multitudo et varietas insularum? quae amoenitas orarum, et litorum? quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et innantium beluarum, partim ad saxa natius testis inhaerentium? Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus cludit, ut vna ex duabus naturis conflata videatur.

Et quanta felicitas terrae, quae tam multa ad vescendum, tam varia, tamque iucunda gignit: neque ea uno tempore anni, ut semper et novitate delestemur, et copia! quam tempestivus autem dat! quam salutares non modo hominum,

minum, sed etiam pecudum generi! Multa prae-  
tereunda sunt, & tamen multa dicuntur. Enu-  
merari enim non possunt fluminum opportu-  
nitates, aestus maritimi, multum accedentes et  
recedentes: montes vestiti atque siluestres:  
salinae ab ora maritima remotissimae; me-  
dicamentorum salutarium plenissimae ter-  
rae; artes denique innumerabiles, ad victum  
et ad vitam necessariae. Iam diei noctisque vi-  
cissitudo conseruat animantes, tribuens aliud  
agendi tempus, aliud quiescendi.

Haec igitur & alia innumerabilia cum cerni-  
mus, possumusne dubitare, quin his praesit  
aliquis & effector et moderator? Est igitur  
*DEUS*, & hoc ita perspicuum est, ut id qui  
neget, non eum sanæ mentis existimem. Haud  
sane intelligo, cur non idem, sol sit, an nullus  
sit, dubitare possit?

Eius mente consilioque, omnia in hoc mundo  
ad salutem omnium conseruationemque admirabiliter administrantur. Non vniuerso generi  
hominum solum, sed etiam singulis consulit et  
prouidet. Magna *Deus* curat, parua non ne-  
gligit. Comoda quibus vrimur, lux qua frui-  
musr, spiritus quem ducimus, dantur nobis et  
impertiuntur a *Deo*.

Dico igitur prouidentia *Dei* mundum et  
omnes mundi partes, et initio constitutas esse,  
et omni tempore administrari, hancque admini-  
strationem nihil habere, quod reprehendi  
queat.

Edo.